

S. D. Reuerenda uir & cariss. frater,
 Gratiam uobis fuisse editionem pagella de
 consensu eorum, qui in urbe Vancionum
 nomina sua addiderunt, gaudeo, quae
 quidem bono consilio & ab ijs scripta &
 edita est, qui & sententijs & uoluntatibus
 coniuncti sunt, Meq; & fuisse & esse amantem
 uoluntatis Ecclesiarum nostrarum concordias,
 existimo te & alios multos scire. Semper
 etiam Ecclesiam & ciuitatem uestram singulari
 studio colui. Ac nunc in tanto odiorum
 incendio maxime uelim te & plerisque
 collegas tuos & senatores iudices esse
 nostrarum controversiarum. Ex parte mea
 scripta, in quibus non uolui quereere noua
 dogmata, sed dispersam doctrinam in magna
 uarietate disputationum, breuiter, ut in
 schola fieri ualset & colligere, & quasi
 breuiter uocari. Haec ut ita dicitur aedificij
 forma, si non placeat, extruant inimici alia,
 & sit iudex Ecclesia. Semper enim
 Ecclesiae in his me subiecto subiecti.
 Postea tempus ineditum, in quo tentata &
 Ecclesiarum nostrarum mutatio, quam
 prorsus dissuasi. Sed eam pugnarens
 quidam pertinaciter de ritibus non uiciosis

1554. Febr. 1.

in genere, qui magna ex parte in Ecclesijs suis regunt
ad id tempus deserant, non volui deseri. Proles
propter id omne, cum doctrina non mutaretur.
Ac de toto hoc consilio tunc respondi Reverendi
viri D. Apino, quo tempore hoc etiam aui
ut multi qui alibi ^{suas} Ecclesias deseruerant
non solum fruuntur tranquillitate harum
regionum, sed etiam evecti ad gubernationem
reipublice nostrae ~~receptam~~ recipere. Nec cuiquam
causam fieri ubicunque erit occasio. Oppugnor
autem Ulyssis artibus, sparsa sunt in populum
nostrum nomina, quaedam nec scripta nec probata
a me, quaedam etiam mutilata. Inde
extruuntur servissima criminationes, & quae
ab iis, qui tunc quoque rerum magnarum
applicacionem impediturum. Si quid tamen
regi languidius, in tanta confusione, bonos oro
ut veniam donec infirmitati mea, & illud
vetus cogitent.

καὶ ἄν τις ὀφθαλμῶν, καὶ τοποῦ ἔχῃ τὸ ὑπὸ
οὐτῷ γὰρ οὐκ ἔστι τῷ θεῷ σαλμιζέται

Prohibeor me harum Ecclesiarum curam esse, &
filium Dei oro ut eas gubernet & servet, &
me in eis vis, ut magis laudentur earum
vulnera, minus respondeat inimicis, quos videtur
implacabiles esse. Repressi etiam alios

78

ubi potui, & reprimam ubi cumq; potero
nealedica scripta edicturos. Et magistratus
in utraq; parte optarim vigilationes &
seueriores esse in prohibendis editioibus.
qua sunt subsidiorum facos. Nec Lubicon &
pertinent hanc curam ad gubernatores.
Quare & honestissimi senatus uestri &
viam gravitatem laudo, & vobis gratiam
habeo, quod voluntatem optimam in hac
re ostenditis. In ead Academia nostra, ~~si~~
sui beneficio eadem & vox doctrina &
inuoicationis, qua est in uestra Ecclesia,
& recte traduntur honestarum artium
semina. Spero etiam Deo iuvante tran-
quillitatem in oppido nostro futuram esse,
quam Illustrissimus princeps huius studet
ac mei corporis periculo & vestros & aliorum
honestorum hominum filios defendere
no recuso. Scioq; sic animatos esse & collegas
meos & plurimos huius oppidi ciues.
~~Amicitia~~ Amicitiam inter nos volo perpetua
esse, qua etiam in coelesti consuetudine fruamur,
Et ad tranquillitatem publicam condūcen
nostri ordinis exultationem manifestam
E. Bene & feliciter vale, & rescribe. cal:
Februarij. 1558. philippus.

43. Reuerendo viro eruditione & virtute praestanti D. Paulo
ab Eitzen Doctori theologiae, gubernanti Ecclesiam
Dei in sacra urbe Hamburga, fratri suo carissimo.